

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die  
Lavanter Diözese.

**Inhalt:** I. Litterae Apostolicae Leonis PP. XIII., quibus s. Vincentius a Paulo operum christianaे charitatis Patronus Universalis declaratur. — II. Abrogatio decreti de invaliditate dispensationis super impedimentis matrimonii dirimentibus, ob reticitam copulam incestuosam. — III. Ministerial-Erlaß betr. die staatliche Ausgebots-Dispens behujs der Eheschließung am Sterbebette. — IV. Ministerial-Erlaß betr. die Beteiligung der Schulkindern an dem „Werke der hl. Kindheit Jesu.“ — V. Des Wiener katholischen Studenten-Vereines „Austria“ Aufruf zur Unterstützung. — VI. Milde Sammlung für die durch Hochwasser beschädigten Bewohner Kärentens. — VII. Milde Sammlung der Schulschwestern de Notre Dame in Fünfhaus bei Wien. — VIII. Diözesan-Nachrichten.

**I.**

**Sanctissimi Domini Nostri  
Leonis div. prov. Papae XIII.  
Litterae Apostolicae**

quibus Sanctus **Vincentius a Paulo** operum christianaē charitatis Patronus Universalis declaratur.

**Leo PP. XIII.**

In perpetuam rei memoriam.

Cum multa Jesus Christus humano generi paecepta tradidit, quorum ope possent homines ad vitam rectam perduci, tum illud potissimum dare et commendare nunquam destitit, ut quisque diligeret proximum suum sicut seipsum. Ipse enim, qui caritas est, docuit caritatem esse quasi fundamentum, in quo lex tota consisteret, et notam quandam, qua Christianae sapientiae sectatores a ceteris distinguerentur. Quare non mirum est si paeclara haec virtus aliis nata potius quam sibi, ceterarumque parens atque altrix virtutum, eorum praesertim animis insederit, qui Divini paeceptoris ingressi vestigiis, virtutum omnium perfectionem et absolutionem assequi studuerunt. Mirifice inter hos exeunte saeculo XVI. effulgit Vincentius a Paulo, magnum illud atque immortale christianaē caritatis exemplar, qui hujusmodi virtutis laude quam maxime excelluit. Nullum enim prope modum fuit aerumnarum genus, cui mira caritas ejus decesset; nullus labor, quem ad proximorum commodum atque utilitatem non ultro susciperet. Neque vero postquam Vincentius ex vita ad coelum demigravit rerum salutarium, quas instituerat, fons exaruit, sed in multos quasi rivulos deductus fluit adhuc large copioseque in Ecclesia. Vir enim sanctissimus ad hanc virtutem non modo contendit ipse, sed ad imitationem sui plurimos evocavit, quorum aliquos ad communem religiosae vitae disciplinam congregavit, aliquos in piis sodalitates a se legibus sapientissimis constitutas recepit. Quod vero sint fructus, quos ab iis humana societas quotidie percepit, vel ex eo facile coniici potest, quod nondum altero a constitutione sua exacto saeculo iam istiusmodi utriusque sexus societates per universas fere orbis terrarum partes se propagaverint, et ubique admirationem omnium sibi merito comparaverint. Neminem certe fugit

Vincentianos Sodales praesto esse egentibus omnibus: assidere aegrotis, in valetudinariis versari in ergastulis, in scholis, inter ipsa bellatorum arma. duplices ubique subsidium, corporibus nempe atque animis. Quibus de rebus Romani Pontifices Decessores Nostri Vincentianas Congregationes et Sodalitates, caeterasque omnes caritatis societas, quae etsi idem non habent nomen, ab eodem tamen capite originem ducunt, in honore habuerunt, et praecipua semper cura complexi sunt. Nos eorum inhaerentes vestigiis ut hujusmodi societas omnes auctoris et constitutoris sui spiritum largius haurirent, postulantibus praesertim Venerabilibus Fratribus Galliarum Episcopis, S. Vincentium a Paulo praedictis Societatibus in Galliis vigentibus coelestem Patronum renuntiavimus et constituimus. Quod decretum proximo superiori anno ad Hyberniae Dioeceses, ut illorum Antistitum pia desideria explerentur extendimus. Nuper vero a plerisque S. R. E. Cardinalibus et ex omnibus fere mundi regionibus Episcopis, et Regularium Ordinum supremis Moderatoribus admotae Nobis sunt preces, ut supradictum ad omnis orbis Christiani partes, ubi eiusdem naturae societas et opera existunt extendere velimus. Nos audita etiam Congregationis S. R. E. Cardinalium Sacris tuendis Ritibus praepositorum sententia, piis hisce precibus benigne annendum censuimus. Quare, quod universae christiana reipublicae benevertat, Dei gloriam augeat, et studium caritatis erga proximum in omnibus excitet, Apostolica Auctoritate Nostra, his Litteris, S. Vincentium a Paulo omnium Societatum caritatis in toto Catholico Orbe existentium, et ab eo quomodocumque promanantium, peculiarem apud Deum Patronum declaramus et constituimus eique volumus omnes honorificentias tribui coelestibus Patronis competentes. Decernentes has praesentes Litteras firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri obtinere, iisque, ad quos pertinet et pertinere poterit, plenissime suffragari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariais quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate Constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibetur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XII. Maii MDCCCCLXXXV.  
Pontificatus Nostri Anno Octavo.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.

### III.

## (Abrogatio decreti de invaliditate dispensationis super impedimentis matrimonii dirimentibus, ob reticitam copulam incestuosam.)

Infandum incestus flagitium peculiari semper odio sancta Dei Ecclesia prosequuta est, et summi romani Pontifices statuerunt, ut qui eo sese temerare non erubuisserint, si ad apostolicam Sedem confugerent petenda causa dispensationis super impedimentis matrimonium dirimentibus, eorum preces, nisi in eis de admisso scelere mentio facta esset, obreptionis et subreptionis vitio infectae haberentur atque ideo dispensatio esset invalida; idque ea sanctissima de causa cautum fuit ut ab hoc gravissimo crimen christifideles arcerentur.

Hanc s. Sedis mentem testantur tum alia documenta, tum decretum, quod novissime supremum sanctae romanae et universalis Inquisitionis consilium, ipso adprobante romano Pontifice feria IV. die I. Augusti 1866 tulit, quod est huiusmodi „subreptitias esse et nullib[us] ac nullo modo valere dispensationes, quae sive directe ab apostolica Sede sive ex pontificia delegatione super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis

„spiritualis nec non et publicae honestatis conceduntur, si sponsi ante earundem dispensationum „executionem, sive ante sive post earum impetrationem incestus reatum patraverint; et vel „interrogati, vel etiam non interrogati, malitiose vel etiam ignoranter reticuerint copulam „incestuosam inter eos initam sive publice ea nota sit sive etiam occulta, vel reticuerint „consilium et intentionem qua eandem copulam inierunt, ut dispensationem facilius assequen- „tentur“. S. Poenitentiaria vestigiis insistens supremae Inquisitionis id ipsum die 20. Julii 1879 statuit.

Verum cum plurimi sacrorum antistites sive seorsum singuli, sive coniunctim s. Sedi retulerint, maxima ea de causa oriri incommoda cum ad matrimonialium dispensationum executionem proceditur, et hisce praesertim miseris temporibus in fidelium perniciem non raro vergere quod in eorum salutem sapienter inductum fuerat, Sanctissimus D. N. D. Leo divina providentia Papa XIII. eorum postulationibus permotus, re diu ac mature perpensa, et suffragio adhaerens Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium in universa christiana republica una mecum inquisitorum generalium, hasce litteras omnibus locorum ordinariis dandas iussit quibus eis notum fieret, decretum superius relatum s. romanae et universalis Inquisitionis et s. Poenitentiariae, et quidquid in eundem sensum alias declaratum, statutum aut stylo Curiae inductum fuerit a se revocari, abrogari nulliusque roboris imposterum fore decerni; simulque statui et declarari, dispensationes matrimoniales posthac concedendas, etiamsi copula incestuosa vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi reticita fuerint, validas futuras: contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Dum tamen ob gravissima rationum momenta a pristino rigore hac super re Sanctissimus Pater benigne recedendum dicit, mens Ipsius est, ut nihil de horrore, quod incestus crimen ingerere debet ex fidelium mentibus detrahatur; imo vero summo studio excitandos vult animarum curatores, aliosque quibus fovendae inter christifideles morum honestatis cura demandata est, ut prudenter quidem, prout rei natura postulat, efficaciter tamen elaborent huic facinori insectando et fidelibus ab eodem, propositis poenis quibus obnoxii fiunt, deterrendis.

Datum Romae ex cancellaria S. O. die 25. Junii 1885.

Addictissimus in Domino  
R. CARD. MONACO.

### III.

## Ministerial-Erlaß

betreffend die staatliche Dispens vom Aufgebot zum Behufe der Geschließung auf dem Sterbebette.

Nach Mittheilung der k. k. Statthalterei zu Prag an das bischöfliche Ordinariat zu Budweis hat anlässlich der Anfrage, ob zum Behufe der Geschließung am Sterbebette vor Vornahme derselben die staatliche Aufgebots-Dispens unbedingt abgewartet werden müsse, oder aber ausnahmeweise vor deren Einlangung bei wirklich vorhandener unmittelbarer Todesgefahr des Chewarders die Trauung unter Abnahme des im § 86. a. b. G. B. vorgeschriebenen Eides erfolgen dürfe, das hohe k. k. Ministerium des Innern nach gepflogenem Einvernehmen mit den hohen Ministerien der Justiz und des Cultus und Unterrichtes laut des Erlasses vom 9. Jänner 1885, B. 6164, eröffnet, daß in solchen Fällen vor der Geschließung jedesmal die gedachte Dispens nachzusuchen und zu erwirken ist, wenn die besonderen Umstände dies nicht unbedingt verwehren.

Hiervon geschieht die Verständigung unter Hinweis auf Absatz 2 des Gesetzes vom 4. Juli 1872 (R.-G.-Bl. Nr. 111, Kirchl. Verord.-Bl. Nr. IV. ex 1872), wonach die politischen Bezirksbehörden zur Ertheilung dieser Dispens berufen sind.

IV.

Erlaß des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht

vom 3. Juli 1885, 3. 7454,

betreffend die Beteiligung der Schulkinder an dem Werke der hl. Kindheit Jesu, welcher also lautet:

„Die in Betreff des ‚Werk der heil. Kindheit Jesu‘ (Kindheit-Jesu-Verein) gestellte Anfrage wird dahin beantwortet, daß die hieramtlichen Verordnungen vom 17. Juni 1873, 3. 7702, betreffend Geldsammelungen in Schulen, und vom 25. October 1873, 3. 14.472, betreffend die Theilnahme der Schüler an Vereinen, hierauf keine Anwendung mehr finden, weil eine diesbezügliche Vereins-Organisation nicht mehr besteht und die Schulkinder am ‚Werk der Kindheit Jesu‘ sich nur durch Gebet und Almosengeben betheiligen. Um jedoch jedes Mißverständniß hintanzuhalten, wird das Almosensammeln in den Schulen zu vermeiden sein.“

Dieser Erlaß wird hiemit bekannt gegeben, damit sich die Herren Schulkatecheten und Seelsorger darnach zu benehmen wissen werden.

V.

Anruf des Wiener katholischen Hochschulen-Studenten-Vereines  
„Austria“.

Lecturis salutem!

Praesidium „Austriae“ sodalitatis catholicae in Universitate Vindobonensi literarum studio deditorum anno 1876 constitutae, cuius augustissimus protector est Sua Eminentia excellentissimus dominus Cardinalis Princeps atque Archiepiscopus S. S. Theologiae doctor Coelestinus Josephus Gangelbauer, omnes dominos sacerdotes et praecipue dominos parochos cuiusvis dioeceseos Austrio-Hungariae precibus petit, ut studiosorum sibi notorum animos ad „Austriam“ advertant eosque exhortentur, huic sodalitati catholicae accedere, immo per literas commendaticias gressus civium academicorum ad „Austriam“ dirigant, „Austriae“ enim propositum est iuvenibus catholicam Religionem confitentibus in Universitate Vindobonensi literarum laude celeberrima praesidio et tamquam propugnaculo esse, quo et religionis pietas et patriae amor confirmetur et defendatur.

Absque dubio his precibus satisfacent omnes qui patriam nostram amant et Religionem catholicam ex animo sincere colunt. Nonne unitis viribus enitendum est, ut adolescentes literarum studio dediti religionis catholicae signa audacter et fortiter sequantur ac non solum viri docti, sed etiam strenui patriae et altaris Dei fiant propugnatores secundum sententiam nostram: „Pro aris et focis“? Quicunque ergo his „Austriae“ precibus verbo et opere praesto fuerit, simul sacrosanctis erga studiosos eorumque parentes nec non erga patriam et ecclesiam catholicam satisfaciет officiis.

Si placuerit de „Austria“ quid quaerere, prompte respondebitur de sede huius sodalitatis.

Vindobonae, I. Löwelstrasse Nr. 14.

Favete Austriae!

Über Erſuchen des Vereins-Vorstandes wird dieser Aufruf dem Wohlerwürdigen Diözesan-Clerus hiermit zur Kenntniß gebracht und wird dieser läbliche Verein der Förderung bestens empfohlen.

VI.

Milde Sammlung für die durch Hochwasser beschädigten Bewohner Kärntens.

Se. Exzellenz der Herr k. k. Statthalter für Steiermark hat nachstehendes Schreiben vom 28. October 1885, 3. 3531, an das hiesige F. B. Ordinariat gerichtet:

Das Herzogthum Kärnten ist zu Ende September 1. J. von einer schweren elementaren Katastrophe heimgesucht worden.

In Folge plötzlich eingetretener starker Niederschläge sind Wildbäche und Flüsse bedeutend angewollen und haben einen beträchtlichen Theil des Landes überschwemmt, Brücken und Thalsperren fortgerissen und Straßen und Wege meilenweit gänzlich unfahrbare gemacht.

Am 15. d. M. sind in einem großen Theile des Landes abermals wolkenbruchartige Gewitter niedergegangen, welche ein neuerliches Anschwellen der Gewässer in jenen Gegenden zur Folge hatte, welche durch die im Monate September stattgehabten Elementar-Ereignisse hart betroffen wurden.

Infolge dessen sind nicht nur die inzwischen schon hergestellten Reconstructionsarbeiten wieder zerstört sondern auch neuerliche sehr arge Verwüstungen angerichtet und zahlreiche Gemeinden, die bei der ersten Katastrophe verschont geblieben sind, sehr hart mitgenommen worden.

Der hiedurch auf einem ausgedehnten Gebiete verursachte Schaden ist sehr bedeutend und wird um so fühlbarer als das schwer geprüfte Land von den Folgen der großen Überschwemmung des Jahres 1882 sich noch nicht zur Genüge erholt hat.

Das Land ist unter diesen Umständen außer Stande aus sich allein die traurigen Folgen dieses Unglücks zu beseitigen und ist daher auf die schon so oft erprobte und stets in glänzender Weise bewährte Mildthätigkeit der Bewohner der übrigen Kronländer angewiesen.

Über dringendes Ansuchen des Herrn Landespräsidenten von Kärnten und im Hinblidke auf die Größe des Unglücks hat sich der Herr Ministerpräsident als Leiter des Ministeriums des Innern zufolge Erlasses vom 24. d. M., J. 4360/M. J. bestimmt gefunden, auch in Steiermark die Einleitung einer Sammlung freiwilliger Spenden zur Linderung des durch die vorgedachten Überschwemmungen herbeigeführten Nothstandes der Bevölkerung zu bewilligen.

Ich beeche mich daher an das hochwürdige Ordinariat das Ersuchen zu stellen, durch die unterstehenden Pfarrämter eine milde Sammlung für die schwer betroffenen Bewohner Kärntens veranstalten und die Pfarrämter gefälligst anweisen zu wollen, die Sammelbeträge den k. k. Bezirkshauptmännern, in deren Verwaltungsgebiet die betreffenden Pfarren gelegen sind, zur weiteren Veranlassung zu übersenden.

Hierüber werden die wohlerwürd. F. B. Pfarr- und Curatialämter hiemit beauftragt, ungefähr die obangesuchte milde Sammlung in ihren Kirchen einzuleiten und den dabei erzielten Betrag an die k. k. Bezirkshauptmannschaft abzuführen.

## VII.

### Milde Sammlung für die Schulschwestern de Notre Dame in Fünfhaus bei Wien.

Die k. k. Statthalterei in Graz hat laut Mittheilung vom 20. October 1885, J. 20113, der Congregation der armen Schulschwestern de Notre Dame in Fünfhaus bei Wien die Vornahme einer Sammlung milder Spenden für die Zwecke der genannten Congregation durch bewährte Mitglieder derselben im Kronlande Steiermark bis Ende Jänner 1886 und zwar bei solchen Personen und Corporationen, von welchen sich eine Unterstützung der gedachten Wohltätigkeitsanstalten voraussezgen lässt, bewilligt, wovon die wohlehrwürdige Diözesan-Geistlichkeit hiemit verständiget wird.

## VIII.

### Diözesan-Nachrichten.

Ernannt wurde der Titl. Herr Dr. Josef Schutz zum F. B. geistlichen Rath und zum Dechant des Dekanates St. Martin ob Windischgraz.

*W. Margerit  
a. S. 1991*

Installirt wurden: Titl. Herr Dr. Josef Schutz als Hauptpfarrer zu St. Martin ob Windischgraz und Herr Martin Kolenko als Skurat zu St. Ulrich in Podgorje.

Bestellt wurde Titl. Herr Martin Terstenjak, F. V. geistlicher Rath und Pfarrer zu Altenmarkt, als Mitprovisor der Stadtspfarre Windischgraz.

Bestellt wurden als Kapläne die Herren: Josef Rostaher zu St. Martin ob Windischgraz, Vinzenz Baumann zu St. Martin an der Pack und Jakob Pečnik in Zellniz.

Überseht wurden die Herren Kapläne: Martin Kralj nach St. Anton in W. V. und Johann Tomanieč nach St. Georgen unter Tabor.

In den Deficientenstand ist getreten der Herr Kaplan Georg Klančnik.

## F. B. Savanter Ordinariat zu Marburg

am 4. November 1885.

Jakob Maximilian,

Fürstbischof.